

## LIBER

gie doctus: theologus: philosophus: & astronomus insignis. Carmine Conradi Cetis astrorum peritia laudatus: ingenio praestans & clarus eloquio: Scriptis non contemnenda lectionis plura opuscula: quibus nomen suum notificauit. Sed pauca eorum ad noticiam meam peruererunt:

In Georgij burbachij:

Theoreticas commentariorū: li.

Ad ephemeridas Konigsberg: li.

Et quædam alia.

Vivit adhuc in gymnasio Cracoviensi: uaria componens: sub Maximiliano Romanorum rege: Anno domini quo ista scribimus Millesimo. CCCC. XCIII. Indictione duodecima.

**H**eodericus de Osenbruck: natione teutonicus: ordinis fratrum minorum:

provinciæ Coloniensis: uir in diuinis scripturis exercitatus: declamator sermonum popularium famosissimus: cuius uitam omnes qui eum nouerunt

sancitissimam hoc tempore prædican: in sermonibus faciendis ad populum tan-

ta gratia diuinitus illustratur: tanta facundia loquitur: tanta deniq; compunctione

& dulcedine afficit auditores suos: ut similem apud Germanos habuerit neminem.

Vnde & per totam provinciam generalis prædictor constitutus est. Legit mibi

nuper dum Colonie mecum esset: opusculū insigne & deuotioni congruū: quod

composuerat ad instantiam Hermanni archiepiscopi Colonensis:

De passione domini: li. Reuerendissimo in christo.

Manuale simpliciti: li. Quia sicut Augusti.

De exercitio interiori: li. Qui perseverauerit.

Et quædam alia.

Vivit adhuc in provincia Colonien: cœpto fortiter instas officio: sub Maximiliano

rege: & Alexandro papa sexto: Anno dñi Mill. CCCC. XCIII.

**A**rtholomaeus Coloniensis: natione teutonicus: uir in sacerdotalibus litteris

egregie doctus: in genio subtilis & disertus eloquio: philosophus & poeta

præclarus: cuius carmina etiā doctissimi poetæ & mirantur & laudibus at-

tollunt: Scriptis utraq; stilo nonnulla celebranda opuscula: quibus nomen suum

notificauit. E quibus ego bucuscq; uidi tantum opusculū de laudibus philosophiae

metro compositum quod prænotauit:

Syluam carminum: li. Cur Plutoni aurum præ.

De secula Diogenis: li. Quisquis auet cynice.

De alijs nihil uidi.

Vivit usq; bodie Dauantriae uaria componens: sub Maximiliano rege: & Alexan-

dro summo pontifice sexto: Anno dñi quo hæc scripsimus Mill. CCCC. XCIII.

**O**bannes thurot, Pannonius: uir in sacerdotalibus litteris studiosus & exer-

citatus: ac diuinarum scripturarum non ignarus: ingenio præstans & cla-

rurus eloquio: Fertur nonnulla cuditse opuscula: quibus nomen suum notifi-

cauit. E quibus extat uolumen non abiciendum: quod multa industria compor-

tatur continens:

Chronicā ungariæ: li. iij. Iugū oīo bis annis nobis.

Et quædam alia.

Vivere adhuc dicitur & uaria componere: sub Maximiliano rege: Anno domini

Millesimo. CCCC. XCIII.

**I**eronymus de Padua: nativus Italus: uir in diuinis scripturis studiosus: & in

sacerdotalibus litteris egregie doctus: philosophus & poeta præclarus: inge-

nio excellens & disertus eloquio: scripsit quædam non contemnenda le-

ctionis opuscula: quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat libel-

lus pulcherrimus: leſuīda prænotatus: ad Petrum donatum Paduanæ urbis episco-